



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 61. Archiepiscopus Lugdunensis cum aliis tumultum sedare studiosus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.

§. LXI.

A. C. 1439.

*Archiepiscopus Lugdunensis cum alio
tumultum sedare conatus.*

Archiepiscopus Lugdunensis horum
multo commotus, ante oculos positam
tanta jurgia, atque rixas integris illis octo
annis, quibus fere Synodus celebraretur
nunquam auditas fuisse; Conclusiones
quas tanto impetu oppugnarent, certas
æque ac veras esse, atque a Lovaniensi
& Coloniensi universitatibus (*) opera
Ludovici Protonotarii approbatas, negli-
larum veritatem hæcenus immutatam.
Quibus dictis, cum duodecim Deputato-
rum concordata de Conclusionibus ipsa
Cardinalis Arelatensis legi cæpissent, ma-
Panormitanus & Arragonenses cum suis
e loco surgentes concitatiore voce huius-
modi actis intercedebant, a qua tamen
Panormitani oppositione Arelatensis, te-

(*) Basileensis conciliabuli erronea tria prin-
cipia ab hisce universitatibus, sollicitante Lu-
dovico, fuisse approbata falsum est. *Æneas*
Sylvius testatur quidem: objectum fuisse Lu-
dovico Protonotario, ipsum Lovanii, & Colo-
niæ eas veritates prædicasse, quod verum esse
Ludovicus falsus est, Basileensibus tamen ob-
ijciens: *Vos tamen eas fidei veritates non*
reputatis, quæ adjectio mihi subdubia est.

ste Nicolao Amici Doctore Parisiensi, ad Sæcul. XV.
A. C. 1439.
præsentem Synodum provocavit: Unde

omnia tam vesano tumultu, tamque confusis altercationibus miscébantur, ut de toto negotio jam actum esse crederetur. Joannes de Segovia has turbas sedaturus, verbis suis aures præberi efflagitabat, & impetrata dicendi copia in prolixam orationem excurrebat, qua Cardinalis Arelatensis facta, & consilia vindicare conatus, suos ad constantiam, & invictum tuendæ veritatis studium adhortatus est.

§. LXII.

Panormitanus a sua sententia desistere sollicitatus.

Plures quoque Prælati Panormitanum, ne in sua sententia persisteret, sed conceptum consilium mutaret, hortabantur; inter quos Burgensis Episcopus illum ad amorem pacis, & tuendam Synodi tranquillitatem multis precibus induxit. Verum cum & Basileenses Congregatione excedere, illamque re infecta absolvere erubescerent, & Panormitanus eorum petitis magis identidem sese opponeret, Archiepiscopus Lugdunensis tandem pronuntiavit, oppositionem a Panormitano factam nullius esse momenti, nec eam proin revocari, cum jam de se nulla esset, oportere; existimare tamen sese, haud